

5. **Cranichis reticulata** aff. *Cr. parvilabris* Lindl.! : labello sessili ovato antice emarginato cum apiculo in sinu.

Folia petiolato cordata seu rotundato oblonga acuminata. Petioli vix pollicem longi, nec laminae longiores, tres quartas usque pollicis latae. Laminae monente cl. Wendland obscure virides flaveolo tessellatae. Et siccae quoque luride flaveolae cellulis supra rete nervorum ac cellulis appositis obscure viridibus. Pedunculus fere septem pollices altus, vagina una seu vaginis duabus more *Cranichidis* muscosae subfoliaceis. Racemus laxiflorus, secundiflorus. Bractae ovatae apiculatae tertiam ovariorum pedicellatorum prope adaequant. Flores bene „postici“. Sepalum dorsale ligulatum acutum. Sepala lateralibus ovata acuta mentum obtusum ultra insertionem efficientia. Tepala cuneato ovata obtusa, uti sepala quinquenervia. Labellum sessile obovatum, antice sinuatum, apiculo in sinu. Nervi longitudinales centrales confluentes nervis radiantibus plurimis. Foveae limbi haud multum prominuli.

„Erdorchideae. Blätter dunkelgrün 3—4“, mit gelben Feldern. Blüthe weiss mit grünen Längsstreifen. Sehr niedlich. Sehr selten.“ Desengañe in Costa Rica. 5. 8. 1857.

Obs. Simillima *Cranichis parvilabris* Lindl.! Facillime distinguitur pedunculo ovarisque glandipilibus ac labello pulcherrime lineari cuneato.